

*F. J. Medina E*

*Di Rev 11*

( DE FONTIBUS REVELATIONIS )

De habitudine inter S. Scripturam et S. Traditionem

Formulae propositae :

I.

Revelatio oretenus facta item ab Apostolis primario oretenus transmissa est, quae transmissio Traditio oralis vocatur. Praeterea praedicatio, ab Apostolis facta, partim scripto quoque, Spiritu Sancto inspirante, consignata est. Quenam scripta sic inspirata sint, ex sola Traditione [orali] innotescit, quae insuper haec scripta integra conservat et authentice explicat. Hinc ut Revelatio adaequate audiatur, ad Scripturam et Traditionem [tamquam fontes, ex quibus Revelatio cognoscatur,] Magisterium Ecclesiae et fideles attendant oportet.

*Francis*

II.

[Christi itaque et Apostolorum mandatis et exemplis edocta,] Sancta Mater Ecclesia semper credidit et credit integram revelationem seu puritatem ipsam Evangelii, quod fons est omnis et salutaris veritatis atque morum disciplinae, contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus. Unde et libros inspiratos et traditiones <sup>apostolicas</sup> tum ad fidem tum ad mores pertinentes, [pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur Ecclesia.]

*ut normae fidei declarat Ecclesia*

*Rohan  
Garrone  
Seper  
Charme  
Griffiths  
Doddsworth  
The Grath  
Gut*

III.

Certum est Traditionem oralem, ab Apostolis profluentem, sive a Christo Domino sive a Spiritu Sancto edoctis, in quantum continet omnem et salutarem veritatem et morum disciplinam, latius patere quam S. Scripturam.

no  
jaegler

IV.

Christus Evangelium suum, fontem omnis veritatis salutaris et morum disciplinæ primum promulgavit. Deinde, jussit Apostolos ut illud omni creaturæ prædicarent: quod et fecerunt, sive per scripta Spiritu Sancto inspirante exarata, sive per doctrinam a Christi ore aut a Spiritu Sancto acceptam, et oretenus tradendam, <sup>ex quibus S. Depositum immutabitur</sup> quæ et fidei depositum constituunt et fiunt fontes cognitionis Revelationis Christianæ, pari pietatis affectu et reverentia ab Ecclesia suscipiendi.

Card Brown

J. Louis  
Barbado  
Francis  
Barbado  
Fernandez

V. (Ad mentem Conc. Vatic. I)

Sacrum Revelationis Depositum [vel] in verbo Dei scripto [vel] in verbo Dei tradito invenitur. Ex alterutro Magisterium Ecclesiæ ea haurit quæ definire [vult] et christifidelibus fide divina credenda proponere. Unde S. Scriptura et S. Traditio pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda ac veneranda sunt.

Legu  
Deppner  
Brown  
Roban  
Pault  
Barbado  
Griffiths  
Francis  
Barbado  
McGale  
Fernandez